
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Insunt:

1. L. Jun. Moderat. Columella de cultura hortorum. Per me Jacobum de Breda.

2. Farrago. Libellus Alexandri Hegii, Gymnasiarchae Daventriensis. Cf. Freitag Analect. T. II. p. 1194. 1198.

3. Ars conficiendi epistolas, Tulliano more noviter in lucem redacta. Jacobi P. ad illustriss. principem Tarantinum, Hispaniae ducem. S. l. et a. sed impressa Daventriae ap. Richard. Paffroet. 1485. (Deest ap. Panzerum.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

~~1558~~
170 G 116

1). GW. 7183
CA. 470
2). CA. 738
3). CA. 1465

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Lucij iunij moderati columellae de de cultura hortorꝝ carmē.

200
KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE.
1
170 G 116/1
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Lucij iunij moderati de cultura hortoꝝ carmē in cipit foeliciter ·

HOrtorū quoq₃ te cult⁹ ſiluine docebo:
Atq₃ ea: quae quōdā ſpacijs exclu ſus iniquis:
Quū caneret laetas ſegetes ⁊ munera bacchi
Et te magna pales: nec nō coeleſtia mella
Virgilius nobis poſt ſe memorādа reliquit
Principio ſedē numeroſo praebeat horto
Pinguis ager: putres glebas reſolutaq₃ terga
Qui gerit: ⁊ foſſus gracilis imitat̄ harenas
Atq₃ habilis natura ſoli: quae gramine laeto
Parturit: ⁊ rutilas ebuli creat vuida baccas
Nā neq₃ ſicca placet: nec quae ſtagnata palude
Perpetit̄ querulae ſemper cōuicia ranae·
Tum q̄ ſponte ſua frondoſas educat vlmos
Palmitibuſq₃ feris laetat̄: ⁊ aſpera ſiluis
Achrados: aut pruni lapidoſis obruta pomis
Gaudet: ⁊ iniuſſi conſternit̄ vbere mali
Sed negat elleboros: et noxia galbana ſucco
Nec patit̄ taxos nec ſtrenua toxica ſudat
Quāuis ſemihois veſano gramine foeta
Mandragorae pariat flores: moeſtāq₃ cicutā:

Nec manibus mitis ferulas nec cruribꝰ aeque:
Terga rubi ſpinisq; ferat paliuron acutis
Vicini quoq; ſint amnes: quos incola durꝰ
Attrahit auxilio ſemper ſitientibꝰ hortis
Aut fons illachrymet putei nõ ſede ꝓfunda
Ne grauis hauſturis tendentibꝰ ilia vellat
Talis humꝰ vel parietibꝰ: vel ſepibus hirtis
Claudatur: neu ſit pecori: neu peruia furi
Neu tibi dedaleae quaerãtur munera dextrae
Nec polycletea vel fragmonis: aut ageladae
Arte laboretur: ſed truncũ forte dolatum
Arboris ãtiquae numen venerare thyphalli
Terribilis membri: medio qui ſemper in horto.
Inguinibꝰ puero praedoni falce minet̃
Ergo age nunc cultꝰ: et tempora quaeq; ſerendis
Seminibꝰ: quae cura ſatis: quo ſidere p̃mum
Naſcãtur flores: peſtiq; roſaria gemment.
Qui bacchi genꝰ: ã aliena ſtirpe grauata
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.
Pierides tenui deducite carmine muſae.
Oceani ſitiens quũ iã canis hauſerit vndas
Et paribꝰ titan orbem librauerit horis.
Quum ſat̃ autumnꝰ q̃ſſans ſua tempora pomis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Sordidus & muſto ſpumātis exp̄met vuas
Tū mihi ferrato verſet̃ robore palae
Dulcis hum⁹ · ſi iā pluuijs defoſſa madebit ·
At ſi cruda manet caelo durata ſereno
Tū iuſſi veniāt decliui tramite riui
Terra bibat fontis & hiāti compleat ore
Quod ſi nec caeli nec cāpi competit humor
Ingeniumqꝫ loci vel iuppiter abnegat imbrem ·
Expectetur hyems dū bacchi noxius ardor
Aequorē caeruleo celeretur vertice mūdi
Solis & aduerſos metuāt athlātides ort⁹
Atqꝫ vbi iā tuto nec dū confiſus olympo
Sed tepidus ꝓfugit chelas · & ſpicula phoeb⁹
Dira negat · tergoqꝫ croti feſtinat equino ·
Neſcia plebs generis · matri nē parcite falſae
Iſta ꝓmetheae gemitrix fuit · altera cretae
Altera nos enixa parens · quo tempore ſaeuus ·
Tellurem ponto merſit neptunus · & imum
Concutiens barathꝝ lethaeas terruit vndas
Tūcqꝫ ſimul ſtygium regem videre trementē
Tartara cum pellagi ſtreperent ſub pondere maneſ
Nos foecunda man⁹ viduo mōrlibus orbe ·
Progenerat · nos abruptae tū montibꝫ altis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Deucaliõneae cautes peperere: ſed ecce.
Durior aeternuſq; vocat labor: eia age ſegnis
Pellite nũc ſomnos: & curui vomere dentis
Iam viridis lacerate comas: & iã ſcindite amictus
Tu grauibꝰ raſtris cũctantia perfode terga
Tu penitꝰ marris eradere viſcera matris
Ne dubita: & ſummo frequenti ceſpite mixta
Ponere: q̄ canis iaceant vrende pruinis
Verberibus gelidis iraeq; obnoxia cauri
Alliget: & ſaeuus boreas euruſq; reſoluat
Poſt vbi ryphaeae torpencia frigora brumae.
Cãdidus aprica zephyrꝰ relegauerit aura.
Sidereoq; polo cedet lyra merſa ꝓfundo
Veris & aduentum nidis cantauit irundo.
Rudere tum pingui ſolido vel ſtercore aſelli
Armenti ve fimo ſaturet ieiunia terrae.
Ipſe ferens holitor deductos pondere qualos
Pabula nec pigeat foſſo praebere nouali.
Immundis quaecunq; vomit latrina cloacis
Denſaq; iã pluuijs durataq; ſumma pruinis
Aequora dulcis humi repetat mucrone bidentis
Mox bene cũ glebis viuacem ceſpitis herbã
Contũdat marrae vel fracti dente ligonis

Pūtria matūri ſoluantūr vt vbera cāpi
Tūc tritura ſolum ſplendentia ſarcula ſumat
Anguſtoſqꝫ foꝛos aduerſo limite ducens
Rurſus in obliquū diſtinguat tramite paruo
Verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellꝰ
Depoſito ſqualoꝛe nitens ſua ſemina poſcit
Pingit ⁊ in varios terreſtia ſidera floꝛes
Candida leucoia: ⁊ flauentia lumina caltae
Narcaſſiqꝫ comas: ⁊ hiantis ſaeua leonis
Oꝛa feri· calathiſqꝫ virentia lilia canis·
Nec non vel niueos vel caeruleos hyacinthos
Tūc quae pallet humi: quae frondēs pūrpuāt aūo
Ponatꝛ viola: ⁊ nimuim roſa plena pudoꝛis·
Nūc medica penacem lachꝛyma: ſuccoqꝫ ſalubꝛi
Glauceaqꝫ ⁊ ꝓfugos vinctura papauera ſomnos
Spargite: quaeqꝫ viros acuunt: armantqꝫ puellas
Iā megaris vemāt genitalia ſemina bulbi·
Et quae ſicca legit gaetulis obꝛuta glebis
Et q̄ frugifero ſeritꝛ vicina pꝛiapo
Exqtet vt veneri tardos eruca maritos
Iā breuē chaerepolū: ⁊ toꝛpenti grata palato
Cicoꝛea: ⁊ teneris frondens lactucula fibꝛis·
Alliaqꝫ infractis ſpicas: ⁊ olentia late

Vlpica quaeqꝫ fabis habilis fabrilia miſcet
Iā ſiſer aſſyrioqꝫ venit quae ſemīe radix
Sectaqꝫ praebetur madido ſociata lupino
Vt peluſiaci potitet pocula zythi
Tempore non alio vili quoqꝫ ſalgama merces
Capparis: et triſtes iulae ferulaeqꝫ minaces
Plātātur: nec non ſerpentia gramina mentae
Et bene odorati flores ſpargūtur anethi
Rutaqꝫ palladiae baccae victura ſaporem
Seqꝫ laceſſenti fletū factura ſynapis
Atqꝫ holeris pulli radix lachrymoſaqꝫ caepa
Ponit᷑: et lactis guſtꝰ quae condiat herba
Deiectura quidem fronti data ſigna fucarū
Vimqꝫ ſuā icarco profitet᷑ nomine graio
Tū quoqꝫ conſeritur: toto quae plurima terrae
Orbe virens pariter plebi regiqꝫ ſuperbo
Frigoribꝰ caules et veris cymata mittit.
Quae pariunt veteres caepoſo littore cumae
Quae marrucini quae ſignia monte lepino
Pinguis item capua: et caudinis faucibus horti.
Fontibus et ſcabie celebres qꝫ veſuuia rura.
Doctaqꝫ parthenōpe ſebethride roſida limpha.
Quae dulcis pompeia palus vicina ſalinis

Herculeis ⁊ vitreoq; ſilet q̄ui defluit amni
Quae duri praebēt cymoſa ſtirpe ſabelli
Et turris lacus ⁊ pomoſi tyburis arua.
Brutiaq; ⁊ tellus ⁊ mater aritia pōrri
Haec vbi credidimus reſolutae ſemina terrae
Aſſiduo grauidā cultu. curaq; fouemus
Vt redeāt nobis cumulato foenore meſſes
Et primum moneo largos inducerē fontis
Ne ſitis exurat concoepto ſemine partum
Vt quū foeta ſuos nexus adoperta rēſoluit
Florida quū ſoboles materno pullulat aruo
Primitys plātae modicos tū praebeat imbreſ
Sedubꝰ irrorās holitor: ferroq; bicorni
Pectat ⁊ āgētem ſulcis exterminet herbā
Ac ſi dumoſis poſiti ſunt collibus horti
Nec ſummo nemoris labunt̄ vertice riui
Aggere p̄poſito cumulatis area glebis
Emineat: ſicco vt conſueſcat puluē plāta
Ne mutata loco ſitiēs exhorreat aeſtꝰ
Mox vbi nubigenae phrixi: nec portitor helles
Signorum et pecoꝝ princeps caput efferet vn̄dis.
Alma ſinum tellꝰ iā pādet: adultaq; poſcens
Semina depoſitis cupiet denubē plātis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

De cultura

Inuigilate viri: tacito nā tempore greſſu
Diffugiunt: nulloqꝫ ſono conuertit̄ ānus
Flagitat ecce ſuos gemitrix mitiſſima foetus
Et quos enixa eſt partus iā: quaerit alendos
Priuignaſqꝫ rogat ꝓles: date nuuc ſua matri
Pignora: tempꝰ adeſt: viridi redimite parentem
Progenie: tu cinge comā: tu diſſere crines
Nunc apio viridi criſpetur florida tellꝰ
Nunc capitis porri longo reſoluta capillo
Laetetur: mollēqꝫ ſinum ſtaphilinus inumbret.
Nunc et adorate peregrino munere plantae
Sicaniis croceae deſcendāt montibꝰ hyblae
Natiqꝫ iā veniāt hilaro ſampſuca canopo
Et lachrymas imitata tuas cinyreia virgo
Sed melior ſtactis ponatur achaia myrrha
Et male dānati moeſto qui ſanguine ſurgunt
Faciꝫ flores immortaleſqꝫ amarāthi
Et quos mille parit diues natura colores
Diſponat plātis holitor quos ſemine ſeuit
Nunc veniat quāuis oculis inimica cōramble·
Iāqꝫ ſalutari ꝓperet lactuca ſapore
Triſtia q̄ releuat longi faſtidia morbi.
Altera crebra viret: fuſco nitet altera crine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Vtraqꝫ cecily de nomine dicta metelli
Tercia q̄ ſpiſſō ſed puro vertice pallet
Haec ſua cappadocae ſeruat cognomina gentis
Et mea quam generāt terteſi littore gades
Cādida vibrato diſcrimine cādida turſō eſt
Cypros item paphio quā pingui nutrit in arūo
Punicea depexa coma: ſed lactea curae eſt
Quot facies totidem ſūt tempora· quāqꝫ ferendi
Ceciliā pmo deponit aquarius anno
Cappadocāqꝫ premit ferali menſe lupercus
Tuqꝫ tuis mauors tarteſida pāge calendis
Tuqꝫ ſuis paphiae iterum iam pāge calēdis
Dum cupit: ⁊ cupidae quaerit ſe iungere matri·
Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo
In geniti nunc ſūt genitalia tempora mundi
Nunc amor ad coitus ꝓperat nunc ſpiritus orbis
Bacchaꝛ veneri: ſtimuliſqꝫ cupidinis actus
Ipſe ſuas adamas partes : ⁊ foetibus implet
Nunc pater aequoreus nunc ⁊ regnator aq̄rum
Ille ſuā tethyn hic pelliat amphieriten
Et iā caeruleos partus enixa marito
Vtrāqꝫ nunc reſerat: pontumqꝫ natātibus implet
Maximus ipſe deum poſito iā fulmine fallax

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

De cultura

Acriſioneos veteres imitat̄ amores
Inq3 ſinus mr̄is violento defluit imbre
Nec genitrix nati nunc aſpernat̄ amorem
Sed patit̄ nexus flāmata cupidine tell9
Hinc maria: hinc montes: hinc totus deniq3 mūd9
Ver agit: hinc hominū: pecudū volucrꝝ q3 cupido.
Atq3 amor igneſcit menti: ſaeuitq3 medullis
Dū ſaciata venus foecundos compleat artus.
Et generet varias ſoboles ſemperque frequentet
Prole noua mūdum: vacuo ne torpeat aeuo.
Sed quid ego infreno volitāe per aethera curſū
Paſſus equos audax ſublimi tramite raptos.
Iſta canat maiore deo quem delphica laurus
Impulit: et rerꝝ cauſas et ſacra mouentem
Orgya naturae ſecretaq3 foedera caeli
Extimulet vatem per dindyma caſtra cybeles.
Perq3 cytherone: nyſeia per iuga bacchi
Per ſua parnaſi: per omiſſa ſilentia muſis
Pieri nemoris bacchea voce fremētem
Delie te paean et te euie euie paean
Me mea calliope cura leuiore vagātem
Iā reuocat: puoq3 iubet decurrē gyro.
Et ſecum gracili connectē carmina filo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

hortorū 205

Quae canat inter op⁹ muſa modulāte putator
Pendul⁹ arbuſtis holitor viridātib⁹ hortis
Quare age quod ſequitur ꝑuo diſcrimine ſulci
Spargātur caecas naſturcia dira colubris
Indomito maleſana cibo q̄s educat alnos
Et ſatureia thymi referens tymbraeq₃ ſaporē
Et tenero cucumis: fragiliq₃ cucurbita collo·
Hiſpida ponatur cinara: quae dulcis iacho
Potāti veniat nec phoebo grata canenti·
Haec modo purpureo ſurgit glomerata corymbo
Myrtiolo: modo crine viret deflexaq₃ collo
Nunc adoperta manet: nunc pinea vertice pingit
Nunc ſimilis calatho: ſpiniſq₃ minātib⁹ horret
Pallida non nūq̄ tortos imitatur achātos·
Mox vbi ſanguineis ſe florib⁹ induit arbos
Punica: q̄ rutilo miteſcit tegmine grani
Temp⁹ haris ſatio· famoſaq₃ tūc coriādra
Naſcuntur: gracili melātia grata cumino
Et bacca aſparagi ſpinoſa ꝓſilit herba
Et malache ꝓno ſequitur quae vertice ſolem
Quaeq̄ tuas audax imitatur nyſie vitis
Nec metuit ſentis· nā vepꝛib⁹ improba ſurgens
Achrados· indomitaſq₃ bionias alligat alnos

Nomine cum graio ceu littora proxima primae.
Pāgitur in caera docti mucrone magiſtri
Sic et humo pingui ferratae cuſpidis ictu.
Deꝑmitur folio viridis pede cādida beta
Quin et odoratis meſſis iā floribus inſtat
Iā ver purpureum: iā verſicoloribus āni
Foetibus alma parēs cingi ſua tempora gaudet.
Iā phrigiae lotae gemmātia lumina promāt.
Et conniuētis oculos violaria ſoluunt
Oſcitat et leo. et ingenuo confuſa rubore.
Virgineas adoperta genas roſa praeſtat honores.
Caelitibus tēpliſq; ſabaeum miſcet odorem
Hunc vos pegaſidum comites acheloidas oro
Maenaliumq; choros dryadum nymphaſq; napeas
Quae colitis nemus amphryſiq; et theſſala tēpe
Quae iuga cyllenes: et opaca rura lycaei
Antraq; caſtaleis ſemꝑ rorātia guttis
Et quae ſicanij flores legiſtis haleſi
Cum cereris ꝓles veſtris intenta choreis
Aequoris aethnei vernātia lilia carpſit
Raptaq; laethaei coniunx mox facta tyrāni.
Sideribus triſtes vmbraſſet: tartara caelo
Praepoſuit: ditemq; ioui. laetumq; ſaluti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Et nu͂nc inferno potitur proſerpina regno
Vos quoqꝫ ia͂ poſito luctu: moeſtoqꝫ timore
Nuc facili greſſu teneras auertite pla͂tas ·
Tellurisqꝫ comas ſactis optate caniſtris ·
Hic nullae inſidiae nymphis non ulla rapina
Caſta fides nobis colitur: ſanctiqꝫ penates
Omnia plena iocis: ſecuro plena cachinno ·
Plena mero: laetiſqꝫ virent conuiuia pratis
Nunc ver e͂ gelidum · nunc e͂ molliſſimus a͂nus
Dum phoebus tener: ac tenera decumbit in herba
Gaudet: ⁊ arguto fugientis gramine fontis ·
Nec rigidos potare iuuat: nec ſole tepentis
Ja͂qꝫ dioneis redimitur floribus hort⁹
Ja͂ roſa miteſcit ſarrano clarior oſtro
Nec ta͂ nubifico borea latonia phoebe
Purpureo radiat vultu: nec ſyrius ardor
Sic micat: aut rutilus pyrous: aut ore coruſco
Heſperus eoo remeat cum lucifer ortu
Nec ta͂ ſidereo fulget thauma͂tias arquu
Quam nitidis hilares collucent foetib⁹ horti ·
Quare age vel iubare exortoriam nocte ſupma ·
Vel quum phoeb⁹ e͂quos in gurgite merſat ibero ·
Sic vbi odoratis praetexit amarac⁹ vmbras ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Carpite narcissiq; comas : ſterilisq; balauſti
Et tunc ne corydonis opes deſpernat alexis
Formoſo nays puero formoſior ipſa
Fer calathis uiolā ꝛ nigro permixta liguſtro
Balſama : cum caſia nectens croceoſq; corymbos
Sperge mero bacchi : nā bacchus condit odores
Et vos agreſtes duro qui pollice mollis
Demetitis flores : cano iā vimine textum
Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis
Jā roſa diſtendat contorti ſtamina iunci
Preſſaq; flāmeola rumpatur fiſcina calta
Merabꝰ vt vernis diues vortumnus abundet
Et titubante gradu multo madefacto iacho
Aere ſinus gerulꝰ plenos grauis vrbe repertet
Sed quū maturis flauebit meſſis ariſtis
Atq; diem gemino titan extenderit aſtro
Hauſerit ꝛ terris laernei brachia cancri
Allia cum caepis cereale papauer anetho
Jungite : dumq; virent nexos deferte maniplos
Et celebres forti fortunae dicite laudes
Merabꝰ exactis hylariſq; recurrite in hortos
Tum quoq; ꝓſciſſo riguoq; inſperſa nouali
Ozima conp̄mite ꝛ grauibꝰ denſate cylindris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Exúrat ſata ne reſoluti pulueris aeſtꝰ
Paruulꝰ á pulex irrepens dente laceſſat
Neu formica rapax populari ſemina poſſit.
Nec ſolū teneras audent erodere frondes
Impliatꝰ conchae limax: hirſutaqꝫ cāpe
Sed quū iā valido turgeſcit lurida caule
Braſſica. cunqꝫ tument pallentia robora bētae.
Merabꝰ atqꝫ holitor gaudet ſecurꝰ adultis
Et iā maturis quaerit ſupponere falcem
Saepe ferꝰ duros iaculatᷓ iuppiter ignes
Grādine dilapidās hominūqꝫ boumqꝫ labores
Saepe etiā grauidis irrorat peſtifer vndis
Et quibꝰ infeſtae baccho glaucaſqꝫ ſalictis
Naſcūtur volucres: ſerpitqꝫ erūca per hortos
Quos ſuper ingrediens exurit foemina viſu
Quae capitis viduata coma: ſpoliataqꝫ nudo
Vertice trūca iacent triſti conſumpta veneno
Haec ne ruricolae paterentur monſtra ſalutis.
Ipſa nouas artes varia experientia rerꝫ
Et labor oſtendit miſeris: vſuſqꝫ magiſter
Tradidit agricolis ventos ſedare furētis
Et tempeſtatem tuſcis auertē ſacris
Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas.

¶ de cultura

Sāguine lactentis catuli placatur ⁊ extis
Hinc caput arcadici nudū cute fert̄ aſelli·
Tyrrhenus fixiſſe tages in limite ruris
Vtq; iouis magni ꝓhiberet fulgura tarchō
Saepe ſuas ſedes percinxit vitibus albis
Hinc amythaonius docuit q̄ plurima chiron
Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit: ⁊ altis·
Culminibus vetuit feralia carmina flere
Sed ne dira nouas ſegetes animalia carpāt
Profuit interdū medicātem ſemina pingui
Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca
Innataue aeris nigra ſatiare fauilla·
Profuit ⁊ plātis latices infundere amaros·
Marrubij: multoq; ſeri contingere ſucco
At ſi nulla valet medicina repellere peſtem
Dardaniae veniunt artes: nudataq; plātas
Foemina q̄ iuſtis tum demū operata iuuentae
Legibus obſcoeno manat pudibunda cruore
Sed reſoluta ſinus: reſoluto moeſta capillo
Ter circum areolas: ⁊ ſepem ducit̄ horti
Quae cum luſtrauit gradiens mirabile viſu
Non aliter q̄p decuſſa pluit arbore nymbus
Vel terretis mali: vel tectae cortice glādis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Voluit̄ ad terrā diſtorto corpoꝛe cāpe
Sic quondā magicas ſopitū cātibus āguem
Vellere phꝛixeo delapſum vidit iolchos
Sed iā pꝛōtocōmos tempus decidere caules
Et tarteſiacos paphioſqꝫ reuellere turſos
Atqꝫ apio faſces ⁊ ſecto cingere poꝛro
Jāqꝫ eruca ſalax foecundo ꝓuenit horto
Lubrica iā lapathos ⁊ iā thami ſponte vireſcunt
Et ſcylla ⁊ hirſuta ſaepe nūc hoꝛrida ruſco
Prodit ⁊ ⁊ aſparagi coꝛruda ſimillima filo
Humidaqꝫ ādrachne ſitientis protigit ātes
Et ḡuis atriplicis conſurgit longa faſellus
Jn modo dependens ⁊ etiam modo moꝛe cylindri
Sole ſub aeſtiuo gelidas per gramīs vmbras ·
Jntoꝛtus cucumis ⁊ praegnāſqꝫ cucurbita ſerpit
Vna neqꝫ eſt illis facies ⁊ nā ſi tibi coꝛdi
Longioꝛ eſt · ḡcali capitis quae verticꝫ pendet
Et tenui collo ſemē lege ⁊ ſiue globoſi
Coꝛporis atqꝫ vtero nimium q̄ vaſta tumeſcit
Vētre leges medio · ſobolem dabit illa capacem
Narycaae picis · á actaei mellis hymethi
Aut habilem lymphis hamulā bacchoue lagaenā ·
Tum pueros eadem fluuijs innāe docebit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Liuidus á cucūmis grauida qui naſcitur aluō
Hirtus ⁊ vt coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexa: ſemper collectꝰ in orbem.
Noxius exacuit morbos aeſtatis iniquae
Foetibꝰ hic ſucco pingui quoqꝫ ſemine fartꝰ.
At qui ſub trichila manātem repit ad vndā.
Labentemqꝫ ſeq̄ns nimio tenuatur amore.
Cādidus effoetae tremebundior vbere porcae
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato.
Dulcis erit: riguoqꝫ madeſcit lutheus aruo
Et feret auxilium quōndā mortalibꝰ aegris.
Quum canis erigones flagrās hyperionis aeſtu
Arboreos aperit foetus: cumulataqꝫ moris
Cādida ſanguineo manat fiſcella cruore
Tunc praecox bifera deſcendit ab arbore ficuſ.
Armeniȷſqꝫ ⁊ cereolis prunīſqꝫ damaſci
Stipātur calathi: ⁊ pomis q̄ barbara perſis
Miſerat vt fama ē patriȷs armata venenīs.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine laeti
Ambroſios praebent ſuccos ōblita nocendi
Quinetiā eiuſdem gētis de nomine dicta
Exiguo ꝓperant miteſ cere perſica malo
Tempeſtiua madent: quae maxima gallia donat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Frigoribꝰ · pigro remiunt aſiatica foetū
At grauis arcturi ſub ſidere parturit arbos
Liuia chaladicas · ⁊ caunis aemula chys
Purpuriaeq; chelidoniae pingueſq; mariſcae
Et calliſtrutis roſeo quae ſemine ridet ·
Albaq; quae ſeruat flauae cognomina caerae
Scaſſa libyſca ſimul picto quoq; lydia tergo ·
Quin ⁊ tardipedi ſacris iā rite ſolutis
Nube noua ſeritur · caeli pendētibꝰ vndis ·
Congilis illuſtri mittit quā nurſia cāpo ·
Quaeq; a myrteemis ꝯfertur bunias aruis
Sed iā maturis nos flagitat āxius vuis
Euchius · exultoſq; iubet claudamꝰ vt hortos
Claudimus · imperioq; tuo paremꝰ agreſtes ·
Ac metimus laeti tua munera dulcis iache
Inter laſciuos ſatyros panaſq; biformes
Brachia iactātes vetulo marcentia vino ·
Et te maenalium · te bacchum · teq; lyeū
Lenaeumq; patrem camimꝰ ſub tecta vocātes
Ferueat vt lacus ac muſto completa falerno ·
Exundent pingui ſpumātia dolia muſto ·
Hactenꝰ agrorū cultus ſiluine docebā
Siderei vatis referens praecepta maronis

Qui p̄mus veteres auſus recludere fontis
Aſcreū cecinit romana per oppida carmē.

Et ſic eſt finis . per me
Jacobū de breda

Laus deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

211

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]